



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

205. De sermone Christi habito in monte: ac primùm de octo
beatitudinibus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

eis: Sabbatum propter hominem factum est; & non homo propter Sabbatum. Itaque Dominus est filius hominis, etiam Sabbati. *Marc. 2. v. 27. & 28. Luc. 6. v. 5. Matth. 12. v. 8.*

MEDITATIO CCV.

Didagma XI. De sermone Christi habito in monte: ac primum, de octo Beatitudinibus.

I. **V**idens Iesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. *Matth. 5. v. 1.* Et ipse elevatis oculis in discipulos suos, *Luc. 6. v. 20.* aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. *Matth. 5. v. 2. 3. 4.*

II. Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati, qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. *Matth. 5. v. 5. 6. 7.*

III. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem

pari-

D. N. IESV CHRISTI. 190

patiuntur propter iustitiam : quoniam ipsorum est regnum cælorum. *Matth. 5. Vers. 8. 9. 10.*

I V. Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos mentientes, propter me. *Matth. 5. & 11.* Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum, propter Filium hominis. *Luc. 6. & 22.* Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælo: *Luc. 6. & 23.* copiosa est in cælis. *Matth. 5. & 12.* Secundum hæc enim faciebant Prophetis Patres eorum. *Luc. 6. & 23.* Sic persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. *Matth. 5. & 12.*

MEDITATIO CCVI.

Didagma XII. Exhortatio Christi ad rectè utendum talentis.

I. Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet: ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. *Matth. 5. & 13.*

II. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita; neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub

mo-